



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 4. Malum ex lege Christiana, malo non esse reddendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

§. IV.

Malum ex lege Christiana, malo non esse reddendum.

Ex Athenæo liquet, apud veteres solen- Athenæ-
nem fuisse, inter propinandum, vocem, *ἴσος* us lib. 10.
ἴσος, quibus verbis significabatur, pares esse
cyathos. Æqualibus enim cyathis bibere,
mos erat olim in computationibus Græco-
rum, ut æquè magnis poculis respondere co-
geretur, cui magnis poculis fuerat propina-
tum. Sic etiam quidam Ethnicorum cense-
bant, par pari in iniurijs referendum. Existi-
mabant enim semper nos tales esse oportere
in alios, quales in nos illos experimur; ut
juxta Medeam Euripideam amicis simus a-
mici, inimicis infesti, in perfidos perfidi, in
parcos parci, erga clamosos clamosi, in im-
pudentes improbi: denique ut utcumque
meritum merito simili retaliemus. Quo pa-
cto & conuitium conuitio Comicus vult esse
compensatum, cum ait: *Quod ab ipso allatum* Terenti-
est, sibi id esse relatum putat. Nequaquam simi- in Prolo-
lis est lex Christi, cum ait: *In qua mensura* go.
mensi fueritis, remetietur vobis. Nemo enim, Phorm.
qui malum accepit, tenetur malum repone- Matth. 7.
re. Mundi hæc sapientia, diaboli malitia est, 1.
contra quam Apostolus scribit: *Nolite Rom. 12.*

F 4

esse 17.

Matth. 5. esse prudentes apud vosmetipsos: Nulli malum
 44. pro malo reddentes: immò, vt Christus nos
 iussit diligere inimicos, & benefacere his,
 qui oderunt; ita & Paulus de se ipso scripsit
 1. Cor. 4. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem
 12. patimur, & sustinemus: blasphemamur, & ob-
 1. Petr. 2. secramur. Et hoc ipsum didicit à Christo, qui
 33. cum malediceretur, non maledicebat; cum pate-
 retur, non comminabatur. Vt autem maledicta
 maledictis non sunt reponenda, ita neque
 iudicijs temerarijs iudicia temeraria sunt à
 nobis compensanda, quia vt S. Iacobus dicit
 Iac. 4. 11. Qui iudicat fratrem, iudicat legē. Legis enim
 sibi partes vsurpat, secundum quam debet
 iudicari. Et addit: Si autem iudicas legem, non
 es factor legis, sed iudex: cum tamen lex De-
 nobis data sit, vt eam faciamus, non vt
 quoslibet secundum eam iudicemus. Itaque
 non iubet Dominus, vt malum pro malo red-
 damus; sed ne vlli malum inferamus, præ-
 dicit & minatur, malum nobis vicissim pro
 malo illatum iri, si iudicijs suffragijsq; no-
 stris Panidem imitemur, & malum bonum
 bonum malum esse censeamus.

§. V.

*Malè iudicati, ob domos meretricias.*S. Vitalius admirandi zeli diuini monachu
 aliquan-Ex vitis
 SS. PP.
 part. 1.